



Kern 86
(1-54; a-g)

(40)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN
STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO
IOANNE IOACHIMO LANGE,

MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE PROFESSORE PVBL. ORDINARIO,
ACADEM. CAESAR. NATVR. CVRIOS. ET REGIAE BEROLINENS. SCIENT. SODALI



P. P. D. XX. MART. MDCCLXI.



HALAE MAGDEBVRG. LITTERIS HENDELIANIS.

LECTVRIS.



adhuc sentimus incommoda, quae hostium praesentia nobis creauit. Quum enim illi praeterita aestate circulos nostros per aliquot hebdomades turbassent; neque lectiones, in quibus tum versabamur, finire, neque nouas instaurare poteramus, consueto tempore. Quantumuis itaque fuerimus in scholis, quas circa medium Nouembris anni praeterlappi aperuimus, seduli: nihilo tamen minus iam fieri nequit, ut aestiuae futurae, quas destinauimus ciuibus nostris, mox finitis Lipsiensium nundinis, capiant initium; sed auspicabimur demum eas die XVIII. Maii, non dubitantes, quin, si Deus vitam viresque, inprimis vero a turbis bellicis immunitatem, quam clementissime nobis indulerit, exoptatum finem iis iusto tempore finis imposituri. Hoc rogamus, hoc speramus! Quidquid interim diuinae sapientiae placuerit, nos saltem nauabimus operam, ut in nostra dexteritate nihil quidquam desiderari queat.

LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS,

AC

PROFESSORIS MATHESIOS ET PHYSICES PRIMARIJ.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice h. 7-8. *Mathesin puram*; priuatim *Physicam dogmatico-experimentalem* h. 1-2, *Chemicam dogmatico-experimentalem* h. 4-5, docebit. Nec iis deerit, qui *Geometriae practicae & Mathesi applicatae* operam nauare cupiunt.

IO. ERN. FLOERCKE, adhuc inter obsides publicos Norimbergae retentus, tunc demum lectiones, quas habere animus est, indicabit, cum finita captiuitate saluus & incolumis ad patrios redux factus erit lares.

IO. ANDR. DE SEGNER publice hora XI docebit Astronomiam ad ductum capitis vltimi Physicae suae. Priuatim hora X. eiusdem libelli capita reliqua exponet, additis experimentis. Hora autem II. Arithmetica cum Geometria ac vtraque Trigonometria repetet.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS siue Mathaei euangelium siue epistolam Pauli ad Galatas interpretabitur. In paraenesis salutaria monita ex epistolis Pauli pastoralibus deriuare, & asceticis horis Psalmos nonnullos explicare & ad vltim praesentis temporis transferre perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. Euangelia Marci, Lucae & Ioannis, hora vero XI. Prophetias Ieremiae & Ezechielis, e fontibus Graecis & Ebraicis illustrabit.

IO. GEORG. KNAPP primo *Theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur. *Deinde Theologiam moralem* explicare constituit. Die vero Domini in *asctica* oraculorum sacrorum tractatione h. 5-6. perget.

IO. SALOMO SEMLER continuabit lectiones *dogmaticas*, & *polemicas*, partis adhuc secundae vtrasque; iis finitis ad primam partem statim redibit. Perget etiam in scholis *exegeticis* & *theologiae moralis*.

I VR I D I C A E.

IO. TOB. CARRACH lactatus spe proxima liberationis ab infausta obsidum conditione, lectiones suas, simulac redux factus erit, Musis Hallentibus suauissimis publicabit.

DANIEL NETTELBLADT docebit hora VIII-IX. ius germanicum, duce de SELCHOW. Hora IX-X tradet ius criminale, KOCHIO praeunte. Hora X-XI. Systematis sui iurisprudentiae naturalis Part. I. & II. explicabit. Ad STRVVI elementa iudicis iuris vero commentabitur hora XI-XII.

PHIL. IAC. HEISLER in collegio Pandectarum atque iuris canonici perget. Praeterea collegium *Institutionum Iustinianearum* ad HEINECCI Elementa rursus inchoabit, horas & valus publicis tempestiue dicturus.

GEORG. SAM. MADHN hor. 7-8. *Ius naturae & gentium*, hor. 8-9. *Ius criminale*, duce SEL. MEISTERO & hor. 9-10. *Ius canonicum*, faciem praefereute B. PERTSCHIO docebit.

MEDI.

M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER hora matutina VII. ad VIII. *Pathologiam specialem* explanabit; hora VIII. ad IX. & X. ad XI. *Therapiam specialem*, iunctis insimul necessariis regulis & cautelis practicis, sub prudenti morborum sanatione obseruandis, peripicue tradet; hora vero XI. ad XII. diebus δ ζ & η commentabitur in clariss. BOERNERI *Institutiones Medicinæ legalis*, & diebus ξ & θ eadem hora manu ductionem ad *Formularum medicarum præscriptionem* suppeditabit, horumque laborum initium d. XVIII. Maii b. c. D. faciet.

FRIDERICVS HOFFMANN publice hora X—XI. Physiologiam, priuatim vero hora XI—XII. Pathologiam praeleget. Initium harum lectionum erit die XVIII. Maii, finitibus instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER interceptas graui morbo, semestri proxime elapso, praelectiones Anatomicas sedulo deducet finietque; iis autem ad finem perductis, priuato studio hora IX. *Therapiae generalis* explicationem, praeceunt *Cel. LVDWIGIO*, addet, atque horis conueniens pomeridianis, I. nimirum & III. *Chirurgiam theoretico-practicam* cum apparatus instrumentalium pariter ac delicatorio, duce B. HEISTERO, praeleget.

IO. PETR. EBERHARD hora II—III. docebit *Physiologiam* in proprium conspectum; praeterea *Pathologiam*, tam generalem, quam specialem tradet, ad ductum compendii a se iam editi, & disputatorias scholas instituet de rebus medicis. Reliqua collegia erunt philosophica.

F. C. IVNCKER publice singulis mercurii & saturni diebus hora III—IV. legitimum sanitate conseruandi modum cum rerum sex non naturalium vsu, seu *Hygienem* docebit. Priuatis lectionibus hora XI—XII. *Pathologiam* seu doctrinam de causis & signis morborum praeleget, hora vero II—III. collegium in *Materiam medicam* inchoabit, & simplicia ac praeparata, quae pertractantur, Auditoribus ostendet, deque eorum vsu ac viribus diseret. Priuatissime visitato more prouectiores in *praxi medico-clinica* exercebit.

P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora III. a meridie praelectiones Chaldaeo-Rabbinicas in editum ab Hardtio Hofeum illustratum (siquidem, vt spero, eius exemplaria haberi poterunt) instituet.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in *recitationibus* vsum Historiae naturalis in Medicina singularem, quoad potiora eius capita, ostendet & exponet; priuatim autem in WALLERII *Hydrologiam* commentabitur, & de harum lectionum initio, horisque iisdem destinandis, consueto tempore Dnn. Commilitones et valuis publicis certiores reddet.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ praeter priuatissimos labores, quibus suam operam addidit, 1) *fundamenta linguae ebraicae*, ad ductum B. DANZII, exponet; deinde 2) *Pentateuchum*, librum dignissimum, ex fonte ebraico interpretabitur, eo vsque progressurus, quousque partim per temporis angustiam, partim per argumentorum grauitatem fieri poterit. Quae supererunt, futuro, si Deus adnuerit, semestri addet. Denique 3) ex *Oeconomicarum scientiarum* ambitu partem quamdam praeleget, quam Comilitones desiderabunt. Initium capient hae lectiones d. XVIII. Maii a. c.

GEORG. FRID. MEIER interpretaatur hor. IX—X. & simul mense Augusto VII—VIII. *Metaphysicam Cel. BAYMGARTEN*, III—IV. *Logicam*, & forsitan priuatissime *Homileticam*.

CHRISTIANVS WEBER per instans semestrem aestiuum 1) *Metaphysicam* Perillustr. L. B. de WOLFF, 2) *eiusdem Mathematicam puram*, & 3) *Logicam* CORVINI interpretabitur.

E X T R A O R D I N A R I A E.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN tradet *hermeneuticae sacrae* praecepta, quorum vsum quoque, si per tempus licuerit, *praxeos exegeticae Specimine* commonstrabit. Deinde, in gratiam praesertim veteranorum commilitonum, palmaria singulorum *sitae articularum* momenta *examinando* repetet, plures quam adhuc quidem fieri potuit instituto huic horas assignaturus. Tandem sedulo etiam *disputandi exercitamenta* continuabit.

IO. AVG. NOESSELT 1) hor. VII–VIII. matutina interpretabitur e libris Noui Test. *Ioannis Euangelium, Apostolorum acta, epistolasque* eas, quas vsu venit *catholicas* appellare. 2) h. X–XI. *facta ecclesiae christianae* a saeculo fere octauo ad nostram actam enarrabit. 3) h. IV–V. in *libros ecclesiae nostrae symbolicos* ad BAVMGARTENI *78* *μυακστρα* commentariolum lectiones instituet, ac 4) semel per hebdomada perget in disputationibus.

D. IO. FRIDERICVS IOACHIM hora 7. matut. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae*, & hora 8. *Historiam Sacri Romano–Germanici Imperii*, ad ductum introductionum suarum, docebit.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hor. VIII. ad GEBAVERI *Grundriss Historiam Vniuersalem*, hor. VIII. ad SCHMAVSSII *Historisches Jus Publicum Historiam S. R. I.* & priuatissime *Historiam Silesiae, cruentissimique huius belli* docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) *Collegium practicum Elaboratorium* ad ductum B. PARENTIS *Anleitung zum Gerichtlichen Proceß* aperiet. 2) *Artem* reletorium, praecunte B. PARENTE *in der Anleitung zu Referirung der Acten*, selectis Auditoribus tradet. Tandem 3) *Exercitium disputatorium* idem desiderantibus offert.

D. ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL, clementissime sibi demandato Professoris muneri satisfacturus, horas sequentes Auditorum commodis deuotibit. Hora VII–VIII. IX–X. & II–III. SCHAVMBVURGII *Compendium Digestorum*, Hor. X–XI. *Illustr. PVTTERI Elementa Iuris Publici edit. nouiss.* Hora XI–XII. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis* interpretabitur. Ad Schaumburgium & Heineccium simul proprias tabulas, dudum impressas, maioris ordinis & rei litterariae causa, adhibebit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI, Deo benedicente, per hoc semestre aestiuum priuatis horis explicationes botanicas i. e. doctrinam de plantis quod genera & species pertractabit, qua occasione plantae circa Halam nostram potissimum proueniens cuiuslibet speciei, quantum fieri potest, recentes demonstrantur. Imprimis autem operam dabit, vt plantas sic dictas officinales, earumque qualitates medicamentosas, vires & vsus indicet: nec minus cognitionem exoticarum & rariorum, quae quidem in hortis nonnullis summa cura coluntur, plantarum suppeditabit, vt studium hoc inde saltim euadat iucundius. Publicae autem lectiones explicandis & praelegendis reliquis Physiologiae partibus sunt destinatae. Initium harum Lectionum ex valuis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per instans semestre pathologicae acroasos publice exponet; priuatim vero BOERHAAVII institutiones medicas atque infantum morbos explicabit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS restitutus, per clementiam summi vitae nostrae moderatoris, viribus a morbo debilitatis, lectiones suas 1) *epistolicas*, 2) *oratorias* & 3) *linguae eruditorum vernaculae b. c. D. redintegrabit; carmina, orationes & epistolas* aliaque scripta, pro cuiuslibet desiderio, elaborabit; ac pluribus modis Dominorum Committionum inferuire commodis, omnem nauabit operam. Prolixius coram, me conuenire haud recusantibus, exponam.


IO. PETR. EBERHARD h. VIII–IX. tradet *Matthesin puram*, h. IX–X. *Matthesin adplicatam*, vtramque duce WOLFIO. h. I–II. *Physicam* explicabit in proprium compendium.

F. G. ELLENBERGER proae & ligatae orationis virtutes euoluendo explanabit hora 10–11; ex prophetis minoribus Ionam & Micham critique & grammaticae hora 1–2; de accentibus hebraeis & prosaïcis & metricis scitu digna diebus Martis & Iouis hora 2–3; Forsan Theologiam quoque Naturalem, non praetermissis iis momentis, quibus Christiana ab illa deflectit, eiusdemque Polemicam. Societas elegantiorum artium singulis hebdomadibus apud se sua expediet, scripta in vulgus missa perlustrabit gustui sacrata, in succum & sanguinem conuertere & crisin exercere etiam hoc semestri studebit.

IO. LVDOV. SCHVLZE 1) de stylo formando praeccepta tradet. 2) *Isaiam*, aut alium V. T. librum ex fonte interpretabitur. 3) *linguae syriacae elementa* proponet, iisque absolutis analysin quarundam pericoparum versionum syriacae N. T. adiunget. His denique laboribus accedet 4) *continuatio lectionum anglicarum*. Horae, quam primum fieri poterit, ex valuis publicis innotescet.







(40)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM

IN
STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO
IOANNE IOACHIMO LANGE,

MATHESEOS ET PHILOSOPHIAE PROFESSORE PVBL. ORDINARIO,
ACADEM. CAESAR. NATVR. CVRIOS. ET REGIAE BEROLINENS. SCIENT. SODALI



P. P. D. XX. MART



HALAE MAGDEBVRG. LIT

